

3994.

1345 d. 20 Sept.

Biskop SIGMUND i Strengnäs vidimerar Riddaren Lars Bobergs bref af den 19 Dec. 1297, hvaregenom han bortbytt en gård i Torp m. m. till Juleta kloster mot en gård i Hjelmsäter.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Sigmundus dei gracia episcopus strengenensis. salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volumus vniuersis. nos. nobilis militis. domini laurencii bobyærgh. litteras. non rasas. non abolitas. nec in aliqua sui parte viciatas. sub vero suo sigillo. vidisse. tenorem qui sequitur. de verbo ad verbum. continentes. Vniuersis christi fidelibus. presentes litteras inspecturis. Laurencius bobyærgh. &c. *Se N. 1212.* Datum sub secreto nostro. nobis sigillum maius adhuc non habentibus. anno domini M^o CCC^o XL^o. quinto. jn vigilia beati mathei apostoli et ewangeliste.

Strengnäs-biskopens sekret på en ur brevet klippt remsa.

3995.

1345 d. 20 Sept.

Biskop SIGMUND i Strengnäs vidimerar ett af Abbedissan Ingeborg i S:t Clara kloster i Stockholm den 4 Juli 1314 utfärdadt intyg rörande Juleta klostrets besittningsrätt till en bolstad, belägen mellan Svarthäll och Grensvik.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Sigmundus dei gracia episcopus strengenensis salutem in domino sempiternam. Tenore presencium constare volumus vniuersis. nos reuerende domine et religiose. domine Ingeburgis. abbatisse sororum ordinis sancte clare stocholmis. litteras. non rasas. non abolitas. nec in aliqua sui parte viciatas. sub vero suo sigillo. diligenter perspexisse. tenorem qui sequitur. de verbo ad verbum. continentes. Omnibus christi fidelibus. presentem litteram visuris aut auditoris. Ingeburgis &c. *Se N. 1971.* Scriptum sub secreto nostro. nobis sigillum maius adhuc non habentibus. Anno domini M^o CCC^o XL^o quinto jn vigilia beati mathei apostoli et ewangeliste.

Strengnäs-biskopens sekret på en remsa klippt ur brevet.

3996.

1345 d. 22 Sept.

Aspenäs.

KNUT JONSSON, Lagman i Östergötland, testamenterar en gård i Skedvi i Kind m. fl. gods till upprättande af en præbenda och ett altare i Linköpings domkyrka, föreskrifvande 3 messor i hvarje vecka; samt gifver skrudar och prestkläder, kyrkokärl, gods, penningar m. m. till kyrkor, kloster, hospital, helgeåndshus, prester, munkar och tjenare. (Jfr N:o 3982, 3997).

Registr. Eecl. Lineop. perg. fol. 104.

JN nomine domini amen Experimento docetur homo salubre consilium estimare vt in die bonorum malorum immemor non existat semper enim

mundane leticie repentina tristicia succedit et quod cepit a gaudio desinit in merore, Ita communiter vt nulla mundi prosperitas sine dampnabili fine transcuritur (!) nisi virtutum studio sollicite caueatur Jgitur Ego Kanutus Jonsson osgocie legifer mente sanus et corpore huiusmodi mundi malicias vehementer expauescens, auxiliante domino. disponens operibus misericordie quibus possum extremum diem vocacionis mee preuenire, quatinus per piam dispensacionem donorum suorum ipso miserante futuri regni mala. ualeam salubriter euitare, Anno domini M^o CCC^o XL quinto in crastino sancti mathei apostoli et ewangeliste cum consilio et consensu karissime consortis mee Katherine necnon et liberorum nostrorum dilectorum de facultatibus michi a deo concessis in modum qui sequitur confero et ordino meum testamentum, Primo uidelicet ego et consors mea memorata legamus ecclesie Lincopensi pro fundacione vnus prebende in eadem et altari construendo Infrascripta bona nostra primo uidelicet curiam nostram skodhwý in Kindia sitam cum colonis eidem adiacentibus et vno tylangh [ɔ: tylganh] in haqunatorpe scoogh Jtem predia nostra prope Lincopiam sita uidelicet VI attungos in algudhawi et quinque attungos sexta parte attungi minus in sætunum cum molendino nostro in tanæfors Hec omnia cum omnibus et singulis eorundem adiacenciis prope uel remote positis uidelicet agris pratis siluis piscariis domibus necnon et aliis quibuscumque mobilibus et immobilibus nullis exceptis aut aliquantulum imminutis a nobis et heredibus nostris sicut premissum est in eandem ecclesiam perpetue proprietatis et possessionis dominium in omnibus bonis predictis legitime transferentes tali condicione preseruata quod de predicta prebenda pro nobis. nostris. et omnibus dei fidelibus perpetuo tempore tres misse, singulis septimanis debant celebrari sub aliis eciam condicionibus que in litteris nostris super eadem donacione confectis clarius exprimuntur Jtem eidem ecclesie vnam capellam, pro altari predicto cum libro missali calice necnon et aliis omnibus necessariis pro eadem requisitis Jtem fratribus predicatorum skæningie a [ɔ: apud] quos nostram eligimus sepulturam, centum viginti marcas Jtem eisdem vnum vas argenteum, IIII marcas puri in pondere continens pro reposicione corporis dominici deputatum Jtem eisdem vnam capellam, uidelicet indumenta pro altari ministris et sacerdote vnum calicem in pondere IIII:or marcas puri (in pondere)*) continentem nec non et alia necessaria quelibet ad eandem requisita Preterea ego Kanutus Jonsson lego conuentui siktuniensi decem marcas Jtem singulis aliis conuentibus ei[u]sdem ordinis in swecia duas marcas Jtem singulis conuentibus fratrum ordinis sancti francisci ibidem duas marcas Jtem singulis conuentibus fratrum cisterciensium in swecia duas

*) Dessa två ord äro af misstag i afskriften här uppreade.

marcas Jtem fratribus ordinis Jerosolimitani in æskilstunum quinque marcas Jtem sanctimonialibus ordinis sancte clare stokholmis decem marcas Jtem sororibus ad warfrubergh decem marcas Jtem singulis aliis conuentibus monialium et sanctimonialium in swecia duas marcas Jtem hospitali in skæningia III marcas Jtem domui sancti spiritus ibidem III marcas et vnum lectum Jtem singulis aliis hospitalibus et domibus sancti spiritus in swecia vnam marcam Jtem ecclesie gran VI marcas Jtem ecclesie malghasandr VI marcas et domino lamberto ibidem sacerdoti III marchas Jtem singulis aliis ecclesiis in quarum parrochiis bona predialia possidere dinoscitur [o:—scimur] vnam marcam et sacerdotibus singulis earundem tantum Jtem fratri Helghoni confessori meo decem marcas Jtem domino Erico clerico meo decem marcas Jtem petro ragwalzson officiali meo curiam meam, in syorith cum omnibus eiusdem adiacenciis sicut expresse continetur in litteris meis super hoc confectis eidem assignatis Jtem famulo meo wlphoni niclisson triginta marchas Jtem puero meo rangwaldo holmstenson vnum equum de ualore XL marcarum Jtem thouoni olafson puero meo vnum equum de valore LXX marcarum Si autem ante totalem satisfactionem predictorum ab hac luce deus me vocari prouiderit ex tunc de residuitate restanti sollicitudinem committo sincere fidelitati liberorum meorum predictorum confidenter sperans ab ipsis michi dileccionis affectum pium et deuotum sicut expedit et paterne refundi decet karitati Peto tamen nichilominus instanter et requiro ut cum sepredictis liberis meis in christo michi dilecti, frater meus dominus gøzstauus tunæson et consanguineus meus dominus kanutus folcason memoratum testamentum meum, sicut expedire nouerint et fiduciam in eis plenam gero fideliter exequantur In cuius rei testimonium vna cum sigillis executorum meorum et liberorum meorum predictorum necnon et sigillo vxoris mee prelibate meum sigillum presentibus est appensum Datum in aspanæs anno et die supradictis.


Allmän öfverskrift: Littere super bonis cantorie.

3997.

1345 d. 25 Sept.

Tranås.

Lagman KNUT JONSSON och hans hustru KATERINA BENGTSDOTTER förnya sitt testamente af gods i Algodavi, Sätuna m. m. till stiftande af en præbenda eller ett kanonikat i Linköpings domkyrka, med förklarande att efter endera makans död de testamenterade godsen skola genast till kyrkan aflemnas, och med förbehåll af presentationsrätt för sig och sina närmaste arvingar samt 2 messor i hvarje vecka. (Jfr N:o 3982, 3996).

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 104. v. 

IN nomine domini amen Quoniam status sui iustus iudex super omnia sollicite contempletur quis ipse sit, quid intra se quid extra quid contra quid